



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De peccante cum spe veniæ, & resistendo inspirationibus, §. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

tia demum resolvitur in illud;
quod parvipendatur auctoritas
divina; hanc enim æque in ordi-
ne ad Confessionem (quidquid
sit in ordine ad aliud) parvipen-
dit, qui scienter negat, & atque
qui, cum debeat scire, scire ne-
glicit; unde & negat.

c Vnde De
Lugo. d. id
pæn. 16.

Quid nosse debeat de fidei ar-
ticulis ille, qui absolvendus est,
dicam infra l. 3. c. 5. n. 6.

Sett 4. à
n. 193.

§. 30.

*De Peccante cum spe venia, &
resistendo Inspiratio-
nibus.*

¶ **S**i quis dum delinquit, spem
concipit, quod à Deo o-
ptimo tale peccatum ipsi rite
confitendum remitteret, vel
(quod in idem recidit) proponit
illud peccatum, quod actu com-
mittit, se Sacerdoti rite manife-
staturum, cum non committat

pecc

128 Lib. 2. Cap. 2. §. 17. b. sij
peccatum specie diversum ab eo,
qui idem patrat, sine tali animo,
non obligabitur talem spem, seu
talem animum confiteri. Immo
eiusmodi animum potius adde-
re circumstantiam diminuen-
tem peccati gravitatem, quam
aggravantem, docent Docto-
res. a

a Lege
Paulum
Comitol.
in r. sp.
mor. l. 4.
q. 52.

b DeLug.
d 16 sect.
12. n. 514

10 Idem dic de peccante con-
tra vehementissimam inspira-
tionem, ne peccet: id enim esto
aggravet; nihilominus cum non
mutet speciem, b satis erit in
Confessione explicare se peccas-
se, sine necessitate addendi id
peccatum fuisse parratum, inter-
na inspiratione vehementer con-
tradicente.

11. Idem dic, propter parita-
tem rationis, de peccante contra
propositum vehementissimum
non peccandi, sed citra votum,
vel juramentum, quia tunc ad-
deretur nova species, ut ex se pa-
cer.

.4. D.